Anni emendatio per Numam Pompilium.

Rex Numa Pompilius duos menses adjecisse fertur, & discrimen hujus inæqualitatis undecim dierum esse reputans: utpote anno lunari trecentos quinquagintaquatuor dies; solari autem trecentos sexagintaquinque habente: undecim hos dies duplicatos alternis annis intercalatione facta (quæ duorum & viginti dierum esset) in Februarium induxisse: verique simile est, hæc illum ex imitatione quadam Græcorum fecisse. Primùm enim Solonem aiunt, Athenis hanc mensium vagam, & adhuc incertam inconstantiam deprehendisse: & diem (quo Luna Solem adsequitur & transmittit) ἕνλυ καὶ νέαν, id est, antiquam & novam Lunam, sive extremam & primam, hoc est, interlunium vocari instituisse: & sequentem νεμηνίαν, id est, novilunium, sive Calendas appellavisse, mensémque triginta dierum constituisse: & in genere annum ipsum in concinniorem ordinem digessisse. Intercalaris verò mensis

Mensis intercalaris Græcorum.

usum antiquitus fuisse Græcis, declarat Herodotus: *Græci* (inquit) *tertio quoque anno intercalationem interserunt, temporum gratiâ: Ægyptii verò tricenis diebus, quibus duodecim menses anni taxant, auctario facto ad eum numerum, dies quinque quotannis superaddunt: & iis ratio circuli temporum constat eodem redeuntis.* Quòd si Numa quidem intercalationem duorum & viginti dierum ordinavit; Herodotus verò triginta dierum recenset, nihil hoc ad disceptationem præsentem. Verùm ex his datur illud intelligi, Athenienses mense intercalario utentes anni sui defectum suppleviſſe, ut temporum ratio faciliùs Solis itineri congrueret.

De anno.

IX. Anni duplex consideratio.

BIfariam ergo annum considerabant, ut qui partim à Sole trecentis sexaginta diebus definiretur, propter sectionem obliqui signiferi in totidem gradus. & hujus certè quintam partem Aristoteles dicit esse duos & septuaginta dies: partim à Luna diebus quatuor & quinquaginta supra trecentos. eâdem etiam ratione mensibus partim ad Solem, partim ad Lunam deductis. aliisque annis dies triginta adjiciebant; aliis quinque: & si quid ampliùs opus erat, quarto quoque anno. Hæcque erant subsidia (quæ non latiùs quidem paterent) sufficientia tamen restituere menses sibi, & iisdem ferè finibus eos coërcere. eáque inæqualitatis curatio, ut majoribus olim remediis indigeret, futurum erat: quemadmodum refert Plutarchus. Cæsar itaque is, qui primus imperium invasit, & ad cujus unius arbitrium res Romana devoluta est, quæstione hac de re optimis Mathematicis proposita, ex substratis jam viis, rationibúsque, propriam quamdam, & accuratiore cura excogitatam emendationem confecit. Primi

Primi omnium Ægyptii annum ad solem deduxerunt.

autem omnium Ægyptii ad solem duodecim mensibus usi videntur, & iis quidem tricenariis, & quinque dies quotannis adjeciſſe, particulámque diei excurrentem ad supplementum totius anni, ex multis annorum circuitibus acervatam, in unum diem integrum conjeciſſe. Græci verò ab illis, cùm alia permulta rerum cœlestium, tum hæc præcipuè mutuò acceperunt; partim traductis in linguam Græcam commentariis; partim cum eorum sacerdotibus versati, egregiè divinarum cœlestiúmque scientiarum peritis. Ferunt itaque Platonem, & Eudoxum peregrè in Ægyptum profectos, annis tredecim apud Ægyptios sacerdotes manſisse. tanta enim consuetudine, támque diutino obsequio erant exorandi, & quasi eblandiendi, ut qui rerum arcanarum tenaces, avaríque elargitores essent disciplinarum suarum; quo aliquid cœlestium contemplationum impertirent. Hæc verò ita distinguere, ut opinor, non improbabile est. tum quod ineſt dúbii, quæ postea emerſit intercalatio solvit. Atque etiam siquid longiore temporis intervallo adhuc evariaret, credibile est vel antiquos ipsos perspicientes, id quoque quodammodo correxisse; modò

Antiquorum intercalatio varia.

longiorem, modò breviorem intercalationem facientes. Neque verò exactam in his diligentiam, & ab omni errore vel levissimo tutam exigere oportet: quandoquidem hoc quoque sæculo, quo Astrologia tantum incrementi, præstantiæque adepta est; tamen motus disparilitas Mathematicorum rationes fugit: quippe quæ superior sit eorum peritia. Sed tamen mensium cursus, ut cum anni temporibus semper congruant, facit post tertium quemque annum introducta intercalatio. Ceterùm confusio illa, & mensium inconstantia vaga (quæ fuit priùs inventa intercalatione, atque etiam post inventam) adhuc explicatione indiget, quonam pacto transferri commodè possit. Constat enim ipsam intercalationem alternos ferè menses cum temporibus anni non competentes sæpè habituram. Ex quo etiam Theophrastus inquit, *vere stantim Thargelionis initio:* quasi Munychion hybernus fuerit: intercalaris verò æstivus tropicus, vel certè in instantem

τροπὴν

Hecatombæonem solstitium circumagens. quod interdum non contingere non potest. Nam propterea intercalatio inducta est, ut defectum dierum suppleat, & in Hecatombæonem solstitia restituat. Porrò in his, qui sic indicem temporum notationes scribunt, interpretatio hoc pacto facienda est, ut præsenti semper tropico pro fundamento utamur, & mensium serie illa quam suprà posuimus. Verbi gratiâ: quando Theophrastus *summo vere, statim instante Thargelione dicit:* mense Martio, & non Aprili interpretandum est. Rursum quando Thucydides Elaphebolionem esse dicit ultimum hyemalium mensium, hunc quidem Februarium oportet interpretari: secundùm quem veris initium Munychion constituendus, & Latinis Martius est transferendus. Ex quo sanè contingit, duos esse vernos æquinoctiales, Munychionem & Thargelionem: & duos autumnales, Boëdromionem & Mæmacterionem: similitérque solstitiales duos æstivos, Hecatombæonem, & intercalarem: brumaléſque, Posideonem, & Gamelionem. Quam ob rem Aristoteles inquit: *Gallina quidem parit omnibus anni temporibus, exceptis duobus mensibus in hyeme tropicis.* Et in Meteorologicis scribit crinitam stellam ad ursam apparuisse mense Gamelione, sole circa brumam existente. Atque etiam Anthesterionis postremam partem aliquando solstitium hybernum potest attingere. Sed quos tropicos hyemales nominant, sunt hi quidem duo antè explicati. Sumendum est tamen simpliciter, Hecatombæonem esse æstatis principium, & solstitialem æstivum, & reliquos simili deinceps ratione. De rebus enim contingentibus nulla ratio ineunda est, sed de spectatis & solitis. Nam in Physicis dictum est, quemque oportere dicere id esse, quod naturâ esse expetit, & est: non quod vi, & præter naturam.

Dionysius verò ab Ephoro mutuatus, dicit Thargelione expugnatum Ilium. Quin & Plutarchus in Furii Camilli vita, Ephorum hæc scripsisse refert. nec verò *septemdecim diebus ante æstivum solstitium* dicit: & tamen Thargelione etiam ille dicit. Si Ephorus igitur, cùm apud se non esset, alioqui dicturus Scirophorione, scripsit Thargelione; quemadmodum item in aliis pro Iberia non pœnitenda regione Europæ, civitatem quamdam Iberiam esse dicit: boni consulat, quod non reprehendatur, qui sui reprehendendi ansam dederit, eámque amplissimam. Quòd si fortè nescio quis ineptus scriptor mendosè scripserit, *Thargelione*, pro *Scirophorione*, ut ferè fit in aliis, & præsertim in iis, quæ quæstus gratiâ scribuntur à bibliopolis. (Nam qui hujusmodi operas conducunt, imperitis oblatitisque, & trivialibus scriptoribus utuntur) sic insons quidem fuerit Ephorus: & jure culpandi, qui exemplaria non emendarint, sed inconsideratè dixerint, *Thargelione septemdecim diebus ante æstivum solstitium.* Sed idem etiam dicit, dies (qui annum illum explerent) superabundantes fuisse post solstitium numero viginti: quod prorsus incompositum, & pugnans, si pro instituta Atheniensium ratione sermonem facit. Nam si supererant viginti post solstitium, certum est solstitium fuisse abeunte anno, Thargelionis ultimo die, ut ille quidem vult: ut nos verò, Scirophorionis. Impræsentia autem nihil interſit. Sed esto ex ejus sententia Thargelionis; profectò sequente anno solstitium erit novilunio Scirophorionis: quod erat ipsi nono die incipienti. Nam si octavo sub finem die Thargelionis captum est Ilium, septemdecim diebus æstivo priùs solstitio; manifestum est nono mensis sequentis die æstivum solstitium fuisse. Si itaque solstitium nono ineuntis, treis esse dies abundantes est necesse. Hæc autem planiùs postea elucidabuntur, ubi de usu mensis intercalarii disseremus. An igitur Ephori sit iste error, an amanuensis potiùs, in medio considerandum relinquo. Jam certum est, Atticos menses æquali dierum numero, simúlque finiente, Romanos semper æquiparare non posse. Ergo fit, ut singuli menses Græcorum inter binos semper Romanorum ambigant. Exempli gratiâ: Hecatombæon partem Junii, & partem Julii attingit: Metagitnion Julii & Augusti: Boëdromion Augusti & Septembris. Similiter verò reliqui omnes non rarò sese præbent ancipites, quandoque etiam æquales, ut vel superiore anno Lunam novam cum Aprilis Calendis solaribus contigit emergere. Operæ tamen pretium est, simpliciter à priore mense interpretari. verbi gratiâ: Boëdromionem Augustum potiùs quam Septembrem, ut æstivus sit. tertius enim est ab Hecatombæone: in quo, ut demonstratum est, æstivum solstitium conficitur. Nihil porrò Galeni intererat, ad abietis semen, & compositionem acopi, sive à sequente September, sive à præcedente Augustus verteretur ille Mysteriorum mensis; præsertim cùm solstitia & æquino-

Dionysius Ephorum secutus. Plutarchus in Camillo.

Ephori error.

Menses Lunæ & Solis interdum simul incipere.

ctia circiter quartum, & vigesimum diem mensis Romani ab illius sæculi hominibus signarentur: & præterea æquinoctialis interdum foret Boëdromion, cùm plures supererant dies post solstitium. Unde etiam Aristoteles dicit, *post arcturum circiter Boëdromionem*, quemadmodum contrà peracto circa desinentem Hecatombæonem solstitio evenit vindemias fieri, circa incipientem Pyanepsionem: ut Plutarchus accidisse significat, quando Theseus è Creta rediit. Æquinoctium enim fuerat sub finem Mæmacterionis. Plinioque æstimandus est sic loqui, non qui verba Aristotelis interpretetur; sed qui suam de piscium partu exprimat sententiam. Nihilque mirum est, si etiam in generationibus à regionum diversitate oritur differentia. Verùm illud constat, multam, ut plantarum, ita quoque animalium, non in magnitudine solùm habitúque vegetiore, sed & in partu ipsa loca efficere differentiam, ut alia seriùs, alia gignant maturiùs. Sic igitur simpliciter & quadantenus vertentes, nequaquam ab idonea explicatione aberraverimus.

De mensium usu.

X. SEd quoniam mensibus uti possumus vel ad Solis motum, ut Romani: vel ad Lunæ, ut Athenienses: utrum Atticum usum, an Romanum sequemur, more quidem Athenien-
Plethon notatur. sium denominantes, anni verò in menses eamdem cum Romanis constituentes divisionem, Plethon quidem refert natura esse comparatum, ut ad Solem deducatur annus, mensis verò ad Lunam: sed quamobrem, non dicit. Verùm alii hujus quoque dicti rationem adferentes, asseverant, quæ hìc in terris sunt, omnia à cœlestibus illis corporibus ordinari, magnósque esse Lunæ effectus. Nam mutari aiunt manifestè ab illa terrestria cuncta, idque rectè. Signum tamen nullum est, menses ad Lunam, non ad Solem agere oportere. Hæc enim inferiora superioribus illis motibus esse continua, non inficias imus, & omnem eorum vim, & potentiam illinc gubernari, ipsúmque decorum (quodcumque apud nos decorum) & rerum ordinem à superna illa natura consistere. quod verò indigestum, & suo errore indecens, id esse ab ea (quæ est hìc) materia. Detur verò, multa quædam à Luna alterari variarique, cum plena, cùm dimidio orbe cæsa, cùm gibbosa, & utrimque convexa; cùm in cornua flexa; atque etiam de cœlo ipso, & ambiente aëre judicium fieri; hæcque terrestria mutari per semisses, & quadrantes, & certas quasdam ipsius stationes: non tamen idcirco convenit, ut supersedentes Solis annum in menses distinguere, eáque divisione uti, & ad Lunam divertentes, ultrò spontéque dissideamus. Nec enim secundùm naturam est, totum Soli quadrare: partes autem alteri, quàm Soli magis convenire. Nam partes sunt totius anni, qui menses nominantur, vel quomodocumque libeat illam in duodecim spatia solaris revolutionis partitionem appellare. Quod enim causa est efficiens totius, id certè partium necessariò efficiens est; cùm ex partibus totum consur-
Lunæ annus inordinatus, & præter naturam. gat, & ipso toto partes sint generatione priores. Est autem etiam inæqualius, inordinatiúsque, annum ad Lunæ curriculum ducere: quod qui ita agunt, mensem frequenter inserunt; nec parum habent negotii, dum alios annos mensium duodecim, alios tredecim efficiunt. Itaque præter naturam quidem id potiùs. Nam ordo quidam natura est, & præter naturam, quicquid inconditum, & incompositum, & quod ordinem suum non servat. Ceterùm ut Solem damnemus inutilitatis propter Lunæ vim, & ea, quæ vulgò apparent, postulatio nimis magna est, & quæ videatur esse ejus, qui se magis sensui, quàm rationi applicet. Effectus enim Lunæ, & opera à Sole quidem (quod propè dixerim) omnia sunt: & hæc inferiora idem Sol imprimis describit, modulatur, & in numerum ordinémque digerit. Et aliorum quidem siderum temperationis solem esse causam, cùm multis aliis præclaris viris, tum vel maximè Straboni geographo videtur. Evidentiora tamen sese nobis offerunt, quæ contingunt circa Lunam, propter differentes ejus species, ex variis Solis intercapedinibus proficiscentes. Quapropter observanda sunt hæc, sive per septimanas, sive per alterum mensem lunarem videtur. Neque verò his solis utendo solares deserere oportet, qui sint longè æquabiliores, & partes temporum divinitùs constitutorum, totiúsque anni propriæ & nativæ. Secundùm naturam enim id simpliciter est. quandoquidem à causa, & priore, & magis necessaria. Quod verò est à Luna, notius nobis cùm sit & apertius, viam ad ea, quæ sunt notiora naturâ, & perfectiora, munit. Quamobrem Cæsar cognomento apud Romanos Divus, ingressus hanc viam ad id, quod erat certius, exactiúsque de anni mensiúmque dispo-

Περὶ χρήσεως τῶ μηνῶν.

Ε'Πεὶ δ' ἔστι μὲν χρῆσθαι μησὶ καὶ κατὰ τὴν ἥλιον περίοδον, ὡς Ρωμαῖοι ἄγουσιν. ἔστι δὲ καὶ τὴν τῆς σελήνης, ὡς Ἀθηναῖοι ἦγον· πότερον Ἀθηναίοις ἐπόμενοι χρησόμεθα, ἢ Ρωμαίοις, καπνομάζοντες μὲν ὡς Ἀθηναῖοι, τῇ δὲ γε ἢ ἐναυτὸ εἰς μῆνας διαίρεσιν κατὰ ταὐτὰ Ρωμαίοις ἥξοντες; Πλήθων μὲν φησιν, ὅτι κατὰ φύσιν δὴ ἄγειν' ἂν ἔτος μὲν κατὰ τὸν ἥλιον, μῆν δὲ κατὰ τὴν σελήνην. Δεῖ τί δὴ, ἐ λέγει. ἄλλοι δέ τινες καὶ αἰτίαν ὑποδιδόντες, πάντα ὡσῆς τῆ ἡγεμόνι νοεμεῖσθαι τὰ τῇδε φασι, καὶ μεγάλα εἶναι τὰ τῆς σελήνης ἔργα. ἀλλοιοῦσθαι γὰ σαφῶς τὰ ὄδιγκια πάντ' ὑπ' ἐκείνης. τῶτο μὲν δὴ οὐ λέγεται. σημεῖον δ' ἡδέν ἐστ ἢ χρῆσθαι ἄγειν χῆ σελήνῃ, καὶ μὴ καθ' ἥλιόν γε τὰς μῆνας. σωεχῆ μὲν γὰρ πᾶσι τὰ τῇδε ταῖς ἄνω φορραῖς εἶναι, φαμὲν καὶ ἡμεῖς. καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν δωάμιν κυβερνᾶσθ' ἐκεῖθεν. καὶ τὰ μὲν καλὰ ἅπαν, ὅσον ἂν ᾖ ἐνθάδε καλὸν, καὶ τὸ τετιγμένον, ἄνωθεν ἐγλινεσθ' φύσει. τὸ δ' ἄτακτον καὶ πεπλανημένον, ὑπάρχειν ὲκ τῆς ἐνθάδε ὕλης. ἴσω δ' καὶ πολ' ἄλλα αἰδοῖα τὴν στελλῶν πλήθη τε ὅσων, καὶ διχότομον, καὶ ἀμφίκυρτον, καὶ μίωσιν, κρίνεσθαί τε τὸ φῶς ἔχον, καὶ μεταβάλλειν τὰ τῇδε κατὰ Δημήτρες, καὶ πτερυγώνες, καὶ ὅλως πολλὰς τινας φύσεις ὡῶν. ὁ μὲν δὴ καὶ δόξαν ἀπὸ τῶτων Δημήτριε τὸν ἥλιόν ἐνιαυτὸν εἰς μῆνας, καὶ χρῆσθαι, ἐπορρίπτειν δὴ τὴν σελήνην, καὶ ἐκόντος εἶναι διίσασθαι. ἐδὲ δὴ κατὰ φύσιν, τὸ μὲν ὅλον περιέχειν τῷ ἡλίῳ, τὰ δὲ μέρη ἑτέρῳ τῷ μᾶλλον ὀπιθάλλειν, ἢ τῷ ἡλίῳ. μέρη γὰ ἓ ὅλης ἐνιαυτῆ οἱ καλούμενοι μῆνες, ἢ ὅ τι δή ποτε καλὸν φίλον τὸν εἰς δώδεκα μερισμὸν τῆς ἓ ἡλίε φορᾶς. τὸ δ' ἓ ὅλης ποιητικὸν, καὶ τ μερῶν ταῦτὸ ποιητικὸν ἐξ ἀνάγκης ἐστίν. ὲκ τ μερῶν γὰ τὸ ὅλον, καὶ τῇ γνώσει πρότερα ἓ ὅλης τὰ μέρη. ἔστ δ' καὶ ἀνωμαλώτερόν τε, καὶ ἀτακτότερον, τῷ πρὸς τὴν φορᾶν τ σελήνης ἄγειν. δι' ὃ καὶ συχνὰ ὀπιθάλλησι μῆνα οἱ ἔτως ἄγοντες, καὶ πεφύκασι ἔχειν, τὰ μὲν δωδεκάμηνα, τὰ δ' τεσσαιδεκάμηνα πολλάκις τῶν ἐτῶν. ὡῶν ἁπλᾶ φῶσιν γε μᾶλλον. τάξις γάρ τις ἡ φύσις. καὶ ἁπλᾶ φῶσιν πᾶν τὸ πλημμελὲς τε, καὶ ἄτακτον. τὸ δ' ἀχρησίαν ἓ ἡλίε κατασκευάσειν, ἀφ' τὴν τῆς σελήνης δωάμιν, καὶ τὰ φαινόμενα, αἴτημα λίαν μέγα ἐστ, καὶ προσέχοντ ἀδήλ μᾶλλον ἔοικεν εἶναι, ἢ λογισμῷ. τά τε γὰ τῆς σελήνης ἔργα ἀφ' τὸν ἥλιον, ὡς εἰπεῖν, ἅπαντ' ἐστ. τὰ τε μάλιστα κοσμῶν τὸ τῇδε, καὶ εὐθμίζον, καὶ ἀφανίζον, ὁ ἥλιός ἐστ. καὶ μὴν καὶ τῆς ἀπὸ τὰς ἄλλας ἀστέρας διακρισίας αἴτιον εἶναι τὸν ἥλιον, ἄλλος τε τῆ ἐνδόξων, καὶ Στρατόνι τῷ γεωγραφῷ δοκεῖ. ἐναργέστερα μὲν τι τὰ ἀπὸ τὴν σελήνην συμβαίνοντα κατὰ Δημόκρες φάσεις, ὲκ τῆ ἀπὸ τὸν ἥλιον ἀποστάσεως ἡμῖν ἅπαντα. ὡς τ ὀπτηρίαν μὲν τι καὶ ταῦτ' ἐστ, εἴ τι καθ' ἑβδομάδας, εἴ τι καθ' ἕτερον μῆνα δοκεῖ σελιναιῶν. ὁ μὲν δὴ καὶ μόνοις τοῖς δὲ χρωμένοις ἑαυτὸν τὸν καθ' ἥλιον μῆνας ὁμαλεστέρας ὄντας ἀπὸ πολ', καὶ μέρη τ ὲκ ἓξ ὡρῶν, καὶ ἓ ὅλης ἐνιαυτῆ οἰκειά τε, καὶ αὐτοφυῆ. καὶ φύσιν γὰρ τῶθ' ἁπλῶς, ἅπερ καὶ ἐξ αἰτίε, καὶ πρότερα, καὶ ἀναγκαιότερα. τὸ δ' ἧττ τ σελήνης, γνωριμώτερον ἂν ἡμῖν, καὶ σαφέστερον, ὁδὸς ἐστὶ τῇ φύσει γνωριμώτερός τε καὶ τελεώτερος. δι' ὃ καὶ οἱ ἀπὸ Καίσαρος τ ἐπωνομασμένων τοῖς Ρωμαίοις Θεῶν, παντὶ ἴσως, ὅτι τυχεῖν βέλτερον ἐληλύθασι μισῶν τε, καὶ ἐναυτῆ Δημητρέως περὶ.

Ὅτι καὶ τοῖς σοφοῖς δοκεῖ βέλτιον, τὸ κατὰ ἥλιον ἄγειν.

Ε'Πεινεῖ δ' Δημοφέρωτος καὶ Πλήτραχος τ Καίσαρος ἐπανορθώσιν, δεινὸς ὢν πεῖναι, ὧδε λέγων· ἡ δ' ἓ ἡμερολογίε Δημθεσις, καὶ διόρθωσις τῆς ἀπὸ τ χρόνου ἀνωμαλίας, Φιλοσοφηθεῖσα χαριέντως ὑπ' αὐτῆς, καὶ πλεῖσα λαθῶσα, γλαφυροτάτῃ περέχει χρείαν. Η'ρόδοτος δ' ἡ σοφώτερος οἴεται εἶναι Αἰγυπτίως Ε'λλήνων, παρ' ὅσοι μὲν Δημ τελτὴ ἔτος ἐπεμβάλλουσι μῆνα· οἱ δὲ τελευτοῦσι ἡμέρας ἄγοντες τὰς μῆνας πέντε ἡμέρας ἐπάγοντι ἀνὰ ἕκαστον ἔτος. ἐ χρῆον δὲ ἡ πάλιν τὴν λέξιν αὐτὴ ἀφηγήσθαι· ἄγουσι δὲ ποσῶδε σοφώτερον Ε'λλήνων, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὅσοι Ε'λληνες μὲν Δημ τελτὴ ἔτος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι, τῶν ὑρέων ἕνεκεν. Αἰγύπτιοι δὲ τεσσαρεσκαιδεκάμερους ἄγειν τὰς μῆνας, καὶ ἥλιον ἄγειν ἀνα, ὅλοι Στρεφῶν ὑτωσὶ λέγων. Αἰγυπτίων δ' ἐστ καὶ τὸ τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν, ἀπὸ κατὰ ἥλιον, τοὺς τεσσαρεσκαιδεκάμερους δώδεκα μησὶν ἐπαγόντων πέντε ἡμέρας κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον. Πλήθων μὲν ἂν πολ τέτων ἀπαδὸ λέγων, καὶ φύσιν εἶναι μᾶλλον τὸ καὶ σελήνην ἄγειν τὰς μῆνας, καὶ τὸν μὲν ἐνιαυτὸν τῷ ἡλίῳ, τὰς δὲ μῆνας Δημῖν τῇ σελήνῃ.

Πῶς χρηστέον μησὶ καὶ ἐνιαυτῷ.

Η'Μεῖς δ' ὀνόμασι μὲν τοῖς εἰρημένοις, καὶ τάξει χρησόμεθα τ μηνῶν, πρᾴγμασι δ' κατὰ τ Καίσαρος ἐπανορθώσιν, ἢ χρόνῳ μοι Ρωμαῖοι ἄχει καὶ νῦ, ἢ πλον ἑτέρων σφάλεσθ' ὠεὶ τὴν ἀνωμαλίαν δοκῶσι χιλιοστὸν καὶ πεντακοσιοστὸν ὀλίγῳ δεῖν τόδε ἔτος. λαμβάνειν τ ἀξιόμβ, ἃ τινες χρήσιμόν τ ἐφ' ὕρων τῷ βίῳ, ἐάν τε Λατῖνοι ὦσιν οἱ ὀρόντες, ἐάν τε βάρβαροι· οἰκείᾳς τε πάντες νομίζειν, ἀνθρώπες γε ὄντας, καὶ μετειληφότας τ αὐτῆς ἡμῖν φύσεως· καὶ χάειν ὁμολογεῖν τοῖς ὑρέσιν· ἀλλὰ μὴ φθονοῦντας ἐρίζειν, ἢ ἐφελκυσαμένῳ. ἡμέρας πεντήκοντα τεσσαράκοντα, καὶ ἑξήκοντα καὶ πέντε ἐφελίσσ ἡμῖν ὁ ἐνιαυτὸς ἴσως, καὶ τ ἡλίε περίοδον, σεσημειώμεθα δ' καὶ μοίρας ἡμέρας ἐπ' ἔλαττον, ἢ ὡς πεπρημένον τῷ ἀριθμῷ τῶδε. καὶ μίωσες συμπληρῶντες τ τ ἡμερῶν ἀριθμὸν, οἱ μὲν τεσσαρακονθήμεροι, οἱ δὲ μιᾷ ὑπερβάλλοντες τὰς ἑτέρας ἡμέρα. ὡς δὲ καὶ δυοῖν μὲν ἐλείπων τ τεσσαρακονθημέρων, ἑξῆς τελῶν ἐτῶν, μιᾷ δ' τῷ πέμπτῳ. ἐπὶ γὰ οἴδε, Ποσειδεών, Γαμηλιών, Μυνυχιών, Σκιροφοριών, Μεταγειτνιών, Βοηδρομιών, Πυανεψιών, μιᾷ ὑπερβαλοῦσι τὰς τεσσαρακονθημέρες. οἱ δ' λοιποὶ τεσσαρακονθήμεροι, πλὴ Ε'λαφηβολιῶ. ὧν γὰ ἡμέρας ἑξῆ ἕκοσι μὲν καὶ ὀκτὼ ἑξῆς τελῶν ἐτῶν, ἕνατ δ' ἐν τῷ πέμπτῳ, Δημ τὴν περεμβαλομβίων ἡμέραν. Δημ τι δ' τοῖς περὶ Καίσαρα ἔτω τὰ περὶ τὰς ἡμέρας διήκριτο, ὡς πενθὶ μὲν τεσσαρακονθήμερον εἶναι, ἀπὸ μὴ πενθ'· πενθὶ δ' ὑπερβάλλειν, πενθὶ δ' ἐλλείπειν, ἑπέρας δὲ ἀριθμός.

Περὶ τ ἐμβολίμε ἡμέρας.

Μῆνα μὲν ἓν οὐδένα ἐπεμβαλοῦμεν οὐδέποτε μίαν δ' ἡμ περιττεύσαν τῷ Ε'λαφηβολιῶνι, καθάπερ τῷ Φεβρουαρίῳ Ρωμαῖοι δίστιλον· ἔτω καλοῦντες, ὅτι δὶς τ αὐτὸν ἡμέραν ἐπιτιθέασιν ἑπτὰ πρὸ

Quòd viris prudentibus commodius videtur annum ad solem agere.

XI. IMpensè verò laudat Cæsaris emendationem Plutarchus, præstanti vir judicio, sic dicens: *Fastorum autem dispositio, & inconstantiæ illius vagæ, & incertæ correctio, eleganter ab ipso philosophica ratione explicata, finémque sortita, jucundissimum usum præbuit.* Herodotus autem sapientiores Græcis existimat Ægyptios, quatenùs Græci tertio quoque anno unum mensem intercalant: Ægyptii verò mensibus tricenariis quinque dies quotannis adjiciunt. Sed nec ab re fuerit auctoris ipsius verba reponere: *Agunt*, inquit, *eo prudentiùs Græcis, ut mihi quidem videtur, quòd Græci tertio quoque anno mensem intercalarem faciunt, idque temporum gratiâ: verùm Ægyptii duodecim mensibus (quibus tricenos dies adnumerant) singulis annis quinque dies adscìscunt.* Tricenis autem diebus menses taxare, quòd fit ad Solis cursum agere, ostendit Strabo ita inquiens: *Ægyptiorum verò est & illud, dies non ad Lunam, sed ad Solem agere, tricenariis mensibus duodecim quinque dies quotannis adjicientium.* Plethon igitur multùm ab iis discrepat, dicens secundùm naturam magis esse menses ad Lunam agere: annum quidem Soli pro arbitrio attribuens, menses verò Lunæ.

Quomodo utendum mensibus & anno.

XII. NOs autem & ordine mensium, & nominibus utemur explicatis: rebus verò juxta Cæsaris emendationem, qua hactenus utentes Romani minùs reliquis in hac confusione falli videntur: millesimus & propè quingentesimus jam hic annus est. Neque verò fiquid à quibusdam excogitatum, & in communem vitæ utilitatem collatum est, sive Latini, sive barbari sint hujusmodi inventores, dedignamur ab iis id inventum utendum accipere, omnésque domesticos & familiares existimare, homines qui sint, & ejusdem nobiscum naturæ participes, iisque inventionis gratiam habere, non autem præ invidia contentiosè rixari, & sponte deteriora capessere. Diebus itaque trecentis sexagintaquinque ad Solis cursum nobis distribuetur annus, addita quoque huic numero particula quapiam diei quarta parte minore. Et menses quidem complentes dierum numerum, alii triginta erunt dierum, alii uno die abundabunt: unus verò continuo quidem triennio duobus deficiet de triginta: quarto autem anno, uno die tantùm. Quandoquidem hi septem, Posideon, Gamelion, Munychion, Scirophorion, Metagitnion, Boëdromion, Pyanepsion, uno die excedent tricenarios: reliqui verò tricenis constabunt, præterquam Elaphebolion. Hic enim per tres annos diebus octo & viginti taxabitur, sed quarto anno undetriginta, propter diem intercalarem. Porrò cur à Cæsare menses ita distributi sint, ut hic esset triginta dierum, ille non: huic excessus, illi defectus: alterius est considerationis.

De intercalari die.

XIII. MEnsem quidem nullum umquam, sed unum diem per singulos annorum quaterniones mense Elaphebolione intercalabimus, quemadmodum Romani Februario bissextum, sic vocantes, quod bis ipsum diem inserant Bissextus, sextum

sextum Calendas Martias. Ita enim Cesari Augusto visum est. Nos verò tali vocabulo nequimus uti. nam intercalarem solum & sextum ritè appellare possumus. Ceterùm de exemptili die consideratio suscipienda est, & quod visum fuerit, Latini admonendi sunt, ut idem amplexantes, annum sibi corrigant. Sic enim inter nos conveniet. Exemptilis enim diei jam longo tempore nulla ratione inita, solstitia, nostra ætate, multò antevertunt diem mensis ab initio solstitialem constitutum. Sic itaque menses agantur nobis, utentibus nominibus traditis.

Exemptilis diei consideratio.

Καλενδῶν Μαρτίων, δόξαν ὅτῳ Καίσαρι Σεβαστῷ. ἡμεῖς δ' ὀνόματι χρῆσθαί τῳ τὸ δεόμενοί γε πάντως. ἐμβόλιμον δὲ μόνον καὶ ἕνλα περισκοροῦσιν, καλῶς ἔχει ἡμῖν. ὥστε ἡ τῆ ἐκβολίμῳ σκεπτέον καὶ ὁ τι ἂν δοκῇ, ἐξεικαλεῖν δεῖν καὶ Λατίνους ταῦτα δεχομένους ἐπανορθοῦσθαί σφισι τὰ ἐνιαυτόν, ἵνα συμφωνῶμεν. ἐκβολίμη γάρ τις ἡμέρας χρόνῳ ἤδη μακρῷ διελθόντος μὴ ἀρμόττης, πολύ τι δὴ περιτρέπειν αἱ τροπαὶ ἀφ' ἡμῶν τὸν ἐξ ἀρχῆς τροπικῆς ἡμέρας γε ἕ μηνός. ὅτῳ μὲν ἔν ἀκτέον τὸν μῆνα, χρωμένους ὀνόμασι τοῖς ὑποδεδειγμένοις.

Πεελ ἀρχῆς ἕ ἐνιαυτοῦ.

XIV. POrrò anni principium Athenienses Hecatombæonem constituebant, ab æstivo solstitio incipientes, sicut est priùs demonstratum: Romani verò Januarium, inchoantes ab hyberno. Et certè magis proprium videtur esse principium, juréque hoc Plethon laudat. Nam lege & instituto aliis aliud anni principium agentibus, natura quodammodo idem ut sit principium, suadere videtur: quando sol generationis auctor ultrà progredi desinens, reflecti ad nos incipit, & lucis auget tempus, tenebrarum verò minuit. Rectè igitur & Numa principium hujusmodi Romanis ordinavit, cùm priùs Martium mensem Romulus anni fecisset initium. Nobis igitur idem esto anni principium, & novus anni mensis Gamelion: ut consonemus cum Romanis sicut in mensibus, ita etiam in anni exordio, qui est Januarius. Nunc verò Græcis principium anni, indictionisque agentibus ab autumnali æquinoctio, indictionis quidem ratione (significat autem edictum hæc dictio) cum Romanis concordia est, anni verò non. Quamquam & de his sanè inter illos convenire oportebat, præsertim Christi legibus communiter utentes. Neque enim puto Romanos hujus sæculi magis propter solstitium, quàm quòd tunc Christus natus sit ita agere. sed tum solstitium esse fortè contigisse: ipsos verò natali Christiano primum honorem tribuentes, ut fas est, prædictum initium facere. Anni quidem idem initium faciendum est.

ιδ'.

Ἄρχω ἡ ἕ ἐνιαυτῷ, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἀπὸ Ἑκατομβαιῶνα ἦγον μῆνα, ὡς δέδεικται πρότερον, ὡς ἀπὸ τροπῶν θερινῶν. Ῥωμαῖοι δὲ ἀπὸ Ἰανουάριον, ὡς ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν, ἡ δὴ καὶ οἰκειοτέρα δοκεῖ εἶναι ἀρχή. καὶ δὴ τῷδε ἐπαινεῖ Πλήθων. νόμῳ γὰρ ἄλλων ἄλλῳ ἕ ἔτος ἀγόντων ἀρχῷ, φύσει πῶς ἔοικεν αὖτη ἕσα ἀρχὴ, λωίονα δὴ ἦλιος, ὁ τῶ γενέσεως κύριος, ἕ σβέσιν ἴσχειν λήγων ἀνακάμπτειν ἀρχέτω ὡς ἡμᾶς, καὶ ἀ μὲν ἕ φαινὸς αὔξῃ χρόνου, ἀ δ' ἕ σκότος μειοῖ. ὀρθῶς ἔν καὶ Νομᾶς ἀρχῷ ποιεῖτῳ Ῥωμαίοις πέπυχε, Ῥωμύλος πρότερον ἀ Μάρτιον ἐποίησατο μῆνα. καὶ ἡμῖν δὴ ἀρχὴ αὕτη ἔστω. καὶ νέος ἕ ἐνιαυτὸς μήν, Γαμηλιών· ἵνα καὶ συμφωνῶμεν Ῥωμαίοις, ὥσπερ καὶ τὰ περὶ τὰς μῆνας, καὶ τὰ περὶ ἀ ἀρχὴν ἕ ἐνιαυτοῦ. ὅδε δὲ Ἰανουάριος ἦν. νυνὶ δὲ Ἕλληνες ἄρχῃ ἐνιαυτοῦ τε, καὶ Ἰνδικτῶνος πεντάμηνοι ἀπὸ ἰσημερίας φθινοπωρινῆς, τὰ μὲν περὶ Ἰνδικτῶνα (δηλοῖ δὲ λήμματα ἡ λέξις) συμφέρεσι Ῥωμαίοις. τὰ δ' περὶ τὸν ἐνιαυτὸν, ἔ. καί τι συμφέροιεν ἂν καὶ ταῦτα, ἄλλως τε καὶ Χριστὸ νόμοις χρωμένοις. ἐ δὲ οἶμαι Ῥωμαίους τὸς νῦν ὄντας, λαβὰ ἀπὸ ἡλίου τροπὴν μᾶλλον, ἀ τὸν ὑπὸ χωνευθέντα Χριστὸν, ὅτως ἄγειν. ἀπὸ δὲ μὲν τροπὴν συμβεβηκέναι αὐτὸς ἦ ἀ ἡλίου πρεσβεύοντας ἕ θεῦ, ἦ ἡμέρας, ἀρχὴν πιεῖσθαι ἀφημμένων. ἐνιαυτὸ μὲν ταῦτα θετέον ἄρχειν.

Πῶς ἀριθμητέον τὰς ἕ μηνὸς ἡμέρας.

XV. NUmerare verò cujusque mensis dies Plethoni sic placet, ut quadripertitò mensem dividat, in principium, medium, præcipitium, & recessum. Idque partim à Polluce videtur mutuari; partim per se quodammodo comminisci. Ita enim (puto) facilius illi erat suas ferias disponere, nova quædam sacra constituenti. At nos nihil impediat, quo minùs supputemus, ut Athenienses, mense trifariam partito, partem unam ἱσάμηνον, id est, instantem, sive ineuntem vocantes: δὴ δέκα, id est, supra decem alteram: ultimam φθίνον, id est, præcipitem, vel desinentem. Quandoquidem hæc quoque divisio nostra sic nescio quomodo fiet cum Romana consonantior. Hi namque treis etiam in parteis mensem tribuentes, Calendas, Nonas, & Idus appellant. Sic itaque numerandum est, ut Neomenia (quod novilunium significat) mensis primus dies sit: deinde secundus instantis, tertius instantis, & ita deinceps usque ad decimum: post quem primus supra decem, secundus supra decem, & sic per ordinem usque ad vigesimum, qui & eicas dicitur, quasi vicenionem ausis appellare. Post quem undecimus præcipitis, vel decimus, vel nonus, vel octavus, pro mensis cujusvis superante dierum numero: & deinceps ordine præpostero subducendum, numeri quidem seriem retexendo usque ad secundum præcipitis. Ita enim Athenienses numerabant, non addentes, sed auferentes, resolventésque usque ad trigesimum diem: & id quidem Solonis instituto, ratione Lunæ ita sensim lumen suum minuentis. Et hoc certè modo Aristophanes Comicus supputat:

Aristophanes Comicus in Nubibus.

Quintus, deinde quartus, hinc que tertius:
Post quem secundus, omnium, & quem maximè
Metue, sequens est continuò vetus & novus.

Itaque post secundum præcipitis, nobis collocandus est vetus. Nam veteris & novi, id est, extremi & primi, seu intermenstrui, nobis usus exolevit: quod non ad Lunam tempora deducamus. Sed diem mensis ultimum appellare veterem quid nos vetat, cùm primus quoque novus sit? Jam verò præcipitis dies interdum plures habemus, nonnumquam pauciores diebus Atticis. Quandoquidem menses alii tricenûm dierum, alii tricenûm singulorum, unus modò duodetricenum, modò undetricenum, nimirum quarto quoque anno uno die addito, quod priùs est dictum. Quapropter menses alii ab undecim dierum reliquo supra viginti numero Hendecaphthini vocentur, alii Decaphthini, quibus decem superfunt: unus verò Octaphthinus, & Enaphthinus, cui nunc octo, nunc novem superant ultra viginti. Hi enim

ιε'.

Ἀριθμεῖν δὲ τὰς μηνὸς ἑκάστε ἡμέρας, Πλήθωνι μὲν δοκεῖ εἰς πέντε μέρη διαιρεῖντας τὸν μῆνα, τὸ μὲν ἱσάμηνον, τὸ ἦ μεσῶν, τὸ ἦ φθίνον, τὸ ἦ ἀπόκλασιν· ἀπὸ ἔοικε τὸ μὲν παρὰ Πολυδεύκες, τὸ δὲ καὶ αὐτῷ καινοτομῆσαι. διμεριστέον γὰρ οἶμαι διαιρεῖσθαι τὸ περὶ τὰς ἱερομηνίας ὅτῳ συνίασιν, καὶ ἄλλα καθισαμένῳ ἱερᾷ. ἡμῖν ἦ διαφερέτω μηδὲν διαιρεθῆναι, ὡς Ἀθηναίοις τεχνῇ διαιρέντες, τὸ μὲν ἱσάμηνον ἔλεγον, τὸ δὲ δὴ δέκα, τὸ δὲ φθίνον. ἐπειδὴ καὶ συνῳδά πως ὅτῳ μᾶλλον Ῥωμαίοις ἔσῃ τὰ περὶ τῶν διαίρεσιν ἡμῖν. τεχνῇ δὲ καὶ ὅπως διαιρέντες, τὰ μὲν καλένδας περισκοροῦσι τὰ ἦ Νώνας τὰ ἦ Εἰδύς. ἀριθμητέον ἔν ὧδε. νομιλίαν μὲν πρώτην, ἔπα δευτέραν ἱσαμήνε, καὶ τρίτην, καὶ ἑξῆς εἰς τὸ μέσον ἰόντα ἄχρι δεκάτης. μεθ' ἃ πρώτην δὴ δέκα· ἔπα δευτέραν δὴ δέκα, καὶ ἑξῆς ἄχρι εἰκοστῆς. ἡ αὖτη ἦ καὶ εἰκάς. μεθ' ἃ ἑνδεκάτην φθίνοντος, ἡ δεκάτην ἡ ἐνάτην, ἡ ὀγδόην, ὡς ἔτυχεν ἔχων ὁ μῆν, καὶ ἑξῆς ἀναλόντα ἄχρι ἑβδόης. ἔτω δὲ Ἀθηναῖοι ἠρίθμουν, ἃ προσθέντες, ἀπὸ ἀφαιροῦντες, ἦ ἀναλόντες μέχρις τελευτᾶ. Σόλωνος ἡγησαμένου ἀπὸ τὸ σελήνης φῶτα ἔτω μειοῦσθαι. καὶ Ἀριστοφάνης ἦ ὁ κωμικὸς ἔτως ἀριθμεῖ.

Πέμπτη, τετρὰς, τρίτη· μετὰ ταύτην δευτέρα.
Εἶθ' ὧν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
Δέδοικα, δεῖν ἐσ' ἔνη τε καὶ νέα.

μετὰ ἦ δευτέραν, ἀκτέον ἕνλιν. χρεία δ' ἔνης καὶ νέας σφι ἔσῃ ἡμῖν, λαβὰ τὸ μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν. ἕνλιν ἦ ἢ τελευταίαν ἕ μηνὸς ἡμέραν καλεῖν καὶ ἡμᾶς κωλύει ὧδε, ὅτι καὶ νέα ἡ πρώτη, πλείς τε αἱ φθίνοντος γένοιντ' ἡμέραι καὶ ἑσ' ὅτε ἐλάττης ἢ Ἀττικῶν, λαβὰ τὸ τὰς μὲν τελευταγενημέρους ἢ μηνὸς ἡμῖν εἶναι, τὰς ἦ μιᾷ ὑπερβάλλειν ἢ ἑτέραν ἡμέραν, ἵνα ἦ καὶ δυοῖν μὲν ἐλλείπειν ἢ τελευταγενημέρων ἑξῆς τελῶν ἐτῶν, μιᾷ ἦ τῷ πεντάρτῳ, ὡς εἴρητο πρότερον. οἱ μὲν οὖν ἑνδεκάφθινοι, οἱ ἦ δεκάφθινοι, ἃς ἦ καὶ ὀκτάφθινος, καὶ ἐναφθινος· ἐπὶ μὲν ὃ οἶδε, Ποσειδεών,

septem, Posideon, Gamelion, Munychion, Scirophorion, Metagitnion, Boëdromion, Pyanepsion, undecim dies præcipitis habebunt: at reliqui decem tantùm, præter Elaphebolionem, qui continuo triennio octo habebit, novem autem anno quarto. At si quis φθίνειν, id est, præcipitare, seu desinere, & ἵσασθαι, id est, instare sive inire, propria Lunæ esse dicat, mente animóque complectatur, quod in aliis etiam compluribus aliundè tralatus impropriè sermonis usus evicit, ut in his quoque verbis χαλκεύειν, & χορηγεῖν, & δημιουργεῖν, id est, cudere, suppeditare, procreare. Quondam etiam βυβλία solùm dicebantur, quæ fierent ex junco papyro, quæ in Ægypto producitur. Nunc verò ex lini panniculis, & linteolorum ramentis versis in opificium, constipatæ chartæ quædam, & conglutinatæ (in quibus scribimus) id nominis fortitæ sunt. Et χοινίον olim funis erat, ex schœno junco (quæ ex paluſtribus planta est) confectus, sed nunc ex lino & lanis in eumdem usum convolutus contortúsque funis, schœnion appellatur. Et præterea αὐξήντης ab antiquis *cædis patrator* tantùm vocabatur: nunc verò quisquis auctor est, artifex, opifex, curator rei cujusvis, authentes nuncupatur. Et nimirum vicit invaluitque supra mille annos hujusmodi significatio, posteaquam Græci cum Romanis versantes perceperunt suam linguam adhuc indigere nomine huic nomini Latino *autor* respondente, quod majorem haberet usus proprietatem. Ita enim coacti, ut verisimile est, rei crebrò in usum venientis magis proprium nomen imponere, hoc certè nomen authentes in illud transmutarunt, imitantes alienam legem. Basilius itaque unus è nostris Pontificibus, tempore Imperatoris Juliani, vir non minùs eloquio, quàm acri cogitatione præditus, dona Spiritus sancti dicit non fieri per ministerium, sed *authenticè*: id est, non à ministro dari, sed ab auctore. Et Synesius philosophus eruditissimus qui fuit paullò pòst Theodosio imperante, interrogans Patriarcham Theophilum, an oporteat Alexandrum quemdam existimare Episcopum, in Episcoporum ordinem adoptatum ab Joanne, qui postea inter divos relatus, & Chrysostomus cognominatus est: sed tunc propter quamdam contentionem, & seditionem ab Ecclesiis de Concilii sententia exclusus erat: sic infert, *Ad quod opus est authentiam*, id est, *auctoritatem successionis Apostolicæ simpliciter, & apertè sententiam ferre.* Enimverò etiam Romani, ut scribit Plutarchus, illam mensis divisionem tripartitam ad treis maximas Lunæ differentias fecerunt, Calendas novilunium appellantes, quòd tum Luna in coitu existens, quasi occulta sit penitus defecta lumine. *clàm* enim Romanis latenter significat, unde Calendas dicit appellatas. Nonas autem, quando primùm ad occasum conspicua nova fit. Idus, quando jam pleno orbe facies formosior conspicitur. Sed tamen posteà etiam, quamvis menses ad Solem deducant, tempus similiter dividentes, Calendas, Nonas, Idus, etiamnum vocant, nominibus abutentes: quibus antea ad Lunæ cursum propriè utebantur. Non igitur absurdum fuerit, si nos quoque Instantem & Præcipitem dixerimus: non ad Lunæ ampliùs, sed ad Solis curriculum tempora digerentes. Proportione itaque apud nos respondebit Neomenia Calendis Romanis: Instans verò, & supra decem, & Præceps, seu Desinens, illis dicendi modis Latinis, ante Nonas, ante Idus, ante Calendas. Ut verò nobis non ampliùs usus extremi & primi, sic ne Romanis quidem interlunii: diem enim (cujus pars desinenti mensi, pars incipienti competit secundum Lunam) Romani ita vocant. Hæc igitur sic accepta benè quidem habeant. Neque verò hic sermo privat rudes, & idiotas dierum Lunæ cognitione, quotnam scilicet quotidie sint. Multùm enim ad id conducit dierum solaris mensis peritia: faciliúsque est, eos dies Epactis adjicienti hujusmodi Lunarem numerum invenire. Atque hic non requirenda subtilis exactáque diligentia. Epactæ sint A. Numerus dierum solaris mensis feriatim continuatorum sit B. Numerus mensium anni consequentium à Martio quidem incipientis C. Conflatus ex A, B, C numerus, sit D. Numerus excedens triginta sit E. Excessus ille vocetur F. Numerus dierum Lunæ consequentium sit G. Ceterùm D erit qualis G, nisi E sit D. Quòd si sit, F erit qualis D. A verò, id est, Epactarum summa, quæcumque sit, sumenda est. Sufficit enim vulgò illa quæcumque sit. Sunt itaque vigintiocto Epactæ præsentis anni à vere incipientis. Verùm augeantur per singulos annos similiter à vere inchoantes, additione undecim. Et quando hic numerus triginta excesserit, sumatur ille excessus A. Et sic semper augenti & accipienti sumendum est A. Fiat additio H. Alter excessus sit I. additione H. simul sumpta cum A, id est, cum vigintiocto Epactis præsentis anni A, excrescens summa erit dierum novem sequentis anni à vere inchoativi: & rursus facta additione, erunt viginti

Calendæ unde dictæ. Clàm. Nonæ. Idus.

Reductio dierum Attico-rum ad dies Romanos.

Epactæ

Epactæ sequentis anni. deinde una Epacta anni qui succedet. I enim excessus secundus una dumtaxat Epacta est. Et ita assidue fiat, peritiùs verò sic.

Inventio Epactarum.

XVI. Dividantur anni à natali Christiano per novemdecim, his uno altero anno etiam addito. Sumantur verò dies, qui ex ea divisione (quæ fit per novemdecim) supererunt: & multiplicentur per undecim, deinde dividantur per triginta. Qui certè supra trigesimas illas dies remanebunt, sunt A Epactæ. Verbi gratiâ, nunc à natali Christiano sunt mille quadringenti septuaginta anni. Adjiciatur his unus. His ergo per novemdecim distributis, certum est octo superare. Sumptis verò his octo, & per undecim multiplicatis, qui conficitur inde numerus, continet octoginta octo. Hoc rursum diviso per triginta: excurrens summa capit duodetriginta. Id autem est A Epacta præsentis anni: similique ratione in posterum erit Epactarum inventio. Sic igitur iterum sumptis Epactis, A scilicet, adjiciatur & B, & C, tum D: summa ex iis conflata dicenda est G, nisi excesserit triginta. Nam si excesserit, hic excessus erit dicendus. Neque verò horum quicquam festis diebus impedimento est. Anno enim toto in duas & quinquaginta septimanas distributo, ex quatuor septimanis singuli menses à nobis constituerentur, & præter id numeri quatuor dies habebunt sanctissimos, singulos per septimanam: nisi si fortè antevertentes aliqui à Dominico die incipiant, vel tardiùs incedentes intra mediam septimanam. At mensis Plethonis sex festos dies continens, aufert plus justo necessariorum civitati operum. Ignavos enim atque inertes esse necesse est eos, qui festa agitant. Et simul tres dies festos esse deinceps ex Plethonis institutione usvenit: mensis quidem ultimum (quem veterem vocat) Plutoni: veterem & novum, id est, intermenstruum sui cujusque recognitioni: novilunium autem Jovi. Verùm id ita evenire fastidiosum sit. Itaque per intermissionem agere (Eorum enim quæ intervallo fiunt, si jucunda quidem sunt, jucundior est sensus: sin autem molesta, tolerabilior) & quàm pauccissimas ferias celebrare melius sit. Unum enim hoc civile institutum pernicioſum, multas scilicet agere: ac signum est non pietatis, sed voluptatis. Ceterùm qui dies forent celebres feriatique, Plethoni quidem non erat indecens recensere, ut qui alios dies festos, quàm qui à nobis recepti sint, constituat. Nobis verò id minimè opus est: cùm de his impræsentia sermo susceptus non sit. Nam certum est, Christo resurgenti rituales, & legitimos quatuor dies mensem quemlibet habiturum. Commodiùs enim, quàm possumus minimo res divinas contrahere. At diem festum nobis ipsis spectandis singulis mensibus præscribendum, & rerum à nobis patratarum inspectionem semel in mense faciendam, ut censet Plethon, nos quidem negamus. Verùm pium sanctúmque sit id quotidie, nedum feriis, actitare, nocte scilicet à somno sufficienti, & cibi concoctione prima, nobiscum reputantes, quidnam piaculi pridie admissum sit, quod expiatum iri oporteat postridie: tum hoc statim ab aurora correcto, purifica piacularíaque oracula auscultare, factósque sanctissimorum sacrorum spectatores, & bonis interdum avibus illo sacrificio, sanctificáque hostia delibata, à tali principio ad operas nostras abire. Sed de his aliàs.

Epactæ quot essent Gaza hæc scribente.

Festi dies Plethonis.

Festi dies Christo resurgenti.

Quomodo septimanæ dies sunt numerandi.

XVII. Licet verò septimanæ dies numerare, vel ut Græci hujus ætatis, primum diem Dominicum vocantes: secundum verò, id quod revera est, secundum: deinde tertium, quartum, quintum, sextum, septimum: vel ut hodie Romani secundùm stellas erraticas, post Dominicum Lunæ diem statuentes, deinde Martis, ad hæc Mercurii, præterea Jovis, postea Veneris, demum Saturni. Parasceven enim diem sextum appellare, & septimum sabbatum, id apud nos (ut videtur) nullam rationem habet. sed apud Judæos fortasse. nimirum ante sabbatum illos apparatum facere oportet: ut qui superstitiosa quadam religione obstricti, nihil negotii obeant postridie. Verùm id nostra nihil interest. Neque enim septimo die ab omni opere feriamur inertes, qui dies à Judæis sabbatum à quiete nuncupatur: sed ipso die primo, qui nobis est dominicus, sacérque Deo resurgenti. Neque tamen sic ociamur, ut vel elixare, vel mensam sternere religio sit: operæque sit pretium omnia pridie præparata habere. Ergo nec utile, nec alioqui honestum, hæc Judæorum nomina in nostræ septimanæ calculum assumere. Nec enim sic se habet sabbatum, ut

Dominicus dies.

τῷ Σαβαὼθ. ἅπερ ἐκφυλα μὲν καὶ ταῦτα βλασφωνῆται δ' ὅμως ἐν ταῖς ἱεροποιίαις ἑκάστοτε ἀπὸ τῶν ζακόρων ἐπάγεται. τὸ μὲν γὰρ ἐξωτικομμένον δὴ τοῖς κυριωτάτοις, καὶ μεγίστοις τῶν ἱερῶν ὄντα κατὰ τὸ δυνήσηται, μὴ ἐ θεμιτὸν ἢ ἀβλασφάτειν. τὸ δ' ἀλλοιοῦσθαι καὶ μηδεμίαν ἔχον ἀνάγκην, Ἰουδαϊζειν. ἡμεῖς μὲν τοίνυν ἀλλ' μηνῶν τε, καὶ ἡμερῶν, καὶ ἐνιαυτῶ, ὅτως χρῆσθαι μάλιστα ἀξιοῦμεν. Hosana: Sabaoth.

Hosana & Sabaoth: quæ aliena quidem cùm & ipsa sint, tamen in hunc usque diem in sacrificiis acclamatione communi ab ipsis sacrorum ministris necessariò usurpantur. Quæ enim à maximis pontificibus alicujus arcani gratiâ sancita sunt, nefas sit immutare. Superstitiosè verò & anxiè agere, quod nullum usum, cogentémque necessitatem habet: id redolet Judaismum. Nos igitur mensibus, diebus, & anno sic uti maximè dignum putamus.

Πῶς δεῖ ἄγειν τὰς χρόνους καθ' Ἑλληνίδες.

Ἐπὶ δὲ τῶν Δηλφίρων ἄγειν ὡς Ἀθηναῖοι, τῇ μὲν τάξει χρήσεται δὴ τῇ ἐπιθεωρήσῃ, εἰ τι ὁ λόγος ὅδε ἀποδεικνῦσι. ἀρχεῖ δ' ἡ τάξις ἢ ἔτος τὰς ἡμέρας τροπῆς, ἔστι τῶν μὲν τὰς μὲν τελευταίας ἡμέρας, καὶ πλήρεις, τὰς δὲ μιᾷ τῶν ἑτέρων λειπομένας ἡμέρᾳ ἐναπᾷ παρ' ἕνα, ὡς ἡμίσεως πᾶν ἐνδέοντος μιᾶς, ἀπὸ τὸ τελευταίων ἡμέρας εἶναι τὸν τῆς σελήνης μηνιαῖον χρόνον. ἀριθμοῦσι δὲ τοὺς ἡμέρας ἄχρι τῆς εἰκοστῆς, ὃν ἀρχὴν τρόπε. μετὰ δὲ ταῦτα, δεκάτην Φθινοντος, εἰ πλήρης ὁ μὴν ἅπαξ ἐνάτην, καὶ ἑξῆς ἀναστρέφων ἄχρι δέκατης. μεθ' ὃν, ἕνην καὶ νέαν. εἰ κοῖλος ὁ μὴν, ἐνάτην Φθίνοντος, καὶ ἑξῆς τὸ ἀνάλογον ὡς καὶ Πολυδεύκης ἱστορεῖ. διὸ πολὺς μὲν τὴν εἰκοστὴν ἐναπᾷ ἡμέρας. πλήθων δὲ ἕνην μὲν τὴν εἰκοστὴν ἐναπᾷ, ἕνην δὲ καὶ νέαν τὴν τεσσαρακοστὴν μίαν τῶν ἡμερῶν. ἡ τάσις μὲν ἴσως δέκτης σκέψεως, πῶς ἂν μᾶλλον ἀεὶ τῶν ἐτῶν ἑπομβολίμων τεσσάκοντα ἡμερῶν, συμβαίνοι τὰς μῆνας ὁμολογεῖν ταῖς ὥραις ἀεί. ἐπεὶ καὶ τὸ τῶν μηνῶν τὰς μὲν πλήρεις, τὰς δὲ κοίλας λαμβάνειν, τῷ βέλτιον, οὐκ ἱκανὸν δέ. ἀπὸ δὲ τι καὶ ἀπὸ ἄλλα πραγματεύσθαι συχνὰ, εἰ μέλλοι εὐξύνετον ὁμόλογον. χαλεπὸν ἢ ἀφ' τὸν πολὺν τῆς σελήνης ἀτυξίαν. δι' ὅπερ ἐδ' Ἀθηναῖοι Φαινοντῳ καταδύντος ὡς ἔτι τεκμηρεῶσθαι καὶ ἐξ ὧν δὴ ὁ Κωμικὸς παῖ τὸν σελήνην ἰουλαίνειν, ὅτι ἤδειν κατὰ σελήνην ἦν τὰς ἡμέρας Ἀθηναίοι ὀρθῶς, ἀπ' ἄνω τε καὶ κάτω ἀναδυόμενον. ὅτω γὰρ κέχρηται τῇ λέξει. πειρᾶσθαι μὲν τοι καὶ τὸ δυνατὸν διορθοῦσθαι, χρωμένους τοῖς ἐμπειροτάτοις ἀεὶ τῶν ἀστρολογικῶν θεωρημάτων συμβόλοις.

Hosana quidem & Sabaoth: quæ aliena quidem cùm & ipsa sint, tamen in hunc usque diem in sacrificiis acclamatione communi ab ipsis sacrorum ministris necessariò usurpantur. Quæ enim à maximis pontificibus alicujus arcani gratiâ sancita sunt, nefas sit immutare. Superstitiosè verò & anxiè agere, quod nullum usum, cogentémque necessitatem habet: id redolet Judaismum. Nos igitur mensibus, diebus, & anno sic uti maximè dignum putamus.

Quomodo secundùm Athenienses agenda sunt tempora.

Quòd si cujus interesset secundùm Athenienses agere, ordine quidem utetur demonstrato: siquid ordinis præsenti sermone consecuti sumus. Verùm postquam ab æstivo solstitio anni principium ordinaverit, mensium describet alios tricenarios & plenos, alios verò uno die minùs aliis alternis vicibus censos: quasi deficiente diei certè dimidio, ut menstruum Lunæ tempus sit tricenùm dierum. Supputabitur autem dierum ratio, quo supradictum est modo, usque ad vigesimum: secundùm quem, si mensis est plenus, dices decimum præcipitis, deinde nonum, & ita deinceps ordine præpostero usque ad secundum: post quem extremum primum, seu veterem & novum. At si mensis cavus sit, nonum desinentis post vigesimum dices, & simili deinceps ratione, ut etiam Pollux enumerat, sed non sufficienter quidem, ut qui solius cavi dies recenseat. Plethon verò vigesimum nonum veterem appellans, & trigesimum veterem & novum, nihil nobis, quantum ad hanc rem, dissonum adfert. Diem enim, quem secundum præcipitis dicimus, ille veterem appellat, ut fortè sacrum ipsi Plutoni existentem. Nam ex hujusmodi appellatione nescio quid grave, supercilioſum, & tragicum præ se fert: quæ res apprimè opus est iis, qui tractandis sacris vehementiùs occupantur. Enimverò periclitandum est ad Lunam dies numerare. Quando etiam id sibi vult ea mensium constitutio, cùm pleni alii, alii cavi sumuntur. Sed non sufficit tamen. Siquidem & alia quædam crebrò commentari oportet, si consonantiam æqualitatémque servare velimus: id quod propter non parvam Lunæ confusionem est difficile. Quo fit, ut neque Athenienses videantur rectè atque ordine procedere: ut ex eo conjectari est, quòd Comicus Lunam facit iis succenſere, quod non rectè ad suum ipsius curriculum tempora dirigerent, sed infrà suprà confunderent. sic enim ille loquitur. Experiendum tamen est emendare pro virili, utendo assidnè peritissimis Astrologiæ speculationum præceptorúmque consiliariis.

Πεῖ ἐμβολίμε μὴνὸς.

Καὶ μὴν δὴ καὶ μῆνός ἐμβολίμε δεῖσθαι τοῖς Ἀττικοῖς ἔτεσι, καθάπερ ἐφηται πρότερον, ἵν' οἱ μῆνες συμβαίνωσι ἀεὶ ταῖς ὥραις. ἐπεμβλητέον δ' ἄρα δὴ Σκιροφοριῶνι μῆνι τεσσαρακοστὰ ἡμέρας. μάρτυρες ἢ τούτων Μακρόβιος Ῥωμαῖος συγγραφεύς, καὶ Ἡρόδοτος· ὁ μὲν λέγων ἐν τοῖς Κρονείοις τῶν συγγραμμάτων, μεθερμηνεύομενος Γλαύκιππον ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἀθηναίοις ἱερῶν, καὶ ἄτιμα ὑπομνήμασι, φάναι Ἀθηναίους τοὺς περὶ τὰς ἡμέρας τῷ τελευταίῳ ἐπεμβάλλειν μῆνι ἓξ ἑναυτοῦ. πλεῖστα δὲ Σκιροφοριῶνι. ὁ ἢ αὖ ἐκ τούτων λόγφεως ἐμβολίμων εἶναι. εἰ ἢ δὴ ἕτερον τῶν ἑτῶν μῆνι μακρότερον γίνεσθαι, ἵνα δὴ οἱ ὧραι συμβαίνωσι ἀριθμούμενοι ἐς τὸ θεῖον, μῆνες μὲν παρὰ τὸ ἑβδομηκοντα ἔτια οἱ ἐμβόλιμοι γίνοιτ' ἂν τεσσάκοντα πέντε, ἡμέραι ἢ ἐκ τῶν μηνῶν τούτων χίλιαι καὶ πεντήκοντα.

Atticis annis etiam opus est, uti priùs explicavimus, ut menses perseverent temporibus concordes. Inferendum itaque Scirophorioni mensi, qui respondet Maio, dies triginta. Testesque hujus rei Macrobius scriptor Romanus, & Herodotus. Nam ille in Saturnalibus, dum Glaucippum in commentariis de sacris Athenienſium interpretatur, dicit Athenienses ultimo mensi anni superfluos dies injicere. atqui ultimus est Scirophorion. Rursum Herodotus intercalationem esse dierum tricenùm abundè manifestat his verbis. *Quòd si volet*, inquit, *alterum annum esse quàm alterum, uno mense majorem, ut tempora eodem opportunè recurrant, menses quidem intercalarii triginta quinque fiunt per annos septuaginta, dies verò ex his mensibus mille & quinquaginta.*

Mensis plenus.

Mensis cavus.

Quotocumque anno intercalandum sit, si quis Herodoto fidem habendam putat, ex nuper appositis quod quærit sumere potest. Alternis enim intercalationem fieri declarat, dum dicit alterum ex duobus annis fieri altero longiorem, & dum quinque & triginta menses intercalarios per septuaginta annos enumerat. Id quod forsan adhuc indiget consideratione, quonam pacto per alternos annos intercalatis diebus triginta contingat menses tempestatibus competere. Quando sanè temerè per plura fiat, quod fieri possit per pauciora. atqui per pauciora fiat, si quarto quoque anno factum æquè rectè habeat. Sumptis quidem mensibus, ut retulimus, & intercalatis diebus triginta post tertium quemque annum, hoc est intervallo duorum annorum intercalationem fieri: nisi si ab hoc inchoativo quopiam die solstitiali annus incipiat. Sunt autem inchoativi solstitiales, primus, secundus, tertius, universæ perfectæque periodi. Primus quidem primi annorum undenarii, & imperfectæ periodi. secundus verò secundi undenarii, & imperfectæ periodi. tertius autem sequentis octonarii justum numerum universæ perfectæque periodi

Quotocumque anno intercalandum secundùm Atticos.

XIX.

periodi implentis. Nam hoc genus curriculi, ut plena in his fiat annorum revolutio, ternarium illum annorum gradum expetit. Porrò accidit, nihil ultimo anno superfluere: sed vel deficere, ut in primo & secundo undenario: vel æquare, ut in sequente quidem octonario. Quapropter necesse est continuo illi anno, qui initialem excipit, dies abundantes adjicere. Altera tamen additione etiam opus est, propter excurrentem particulam: siquidem quarto quoque anno dies unus deest. Repleatur itaque per vices hoc modo.

Fac esse Hecatombæonis Neomenia solstitium primo anno: sequente profectò erit duodecimo die Hecatombæonis; eique addito intercalario, ipsique supplementum confectum est, & sequenti anno, putà tertio, solstitium existit vigesimo secundo die mensis intercalarii, & superflui sunt dies octo. atqui undecim oportebat. Itaque in quartum instantis Hecatombæonis solstitium quarto anno redit. deinde in decimum quintum anno consequenti, in quo intercalatione facta quinto & vigesimo die mensis intercalarii sequenti anno, scilicet sexto, solstitium collocatur, & superfluunt quinque. Quapropter annus septimus sequens septimo ineuntis Hecatombæonis solstitium peraget, & decimooctavo annus octavus. Hoc rursum intercalari facto, solstitium erit vigesimo nono die mensis intercalarii anno sequente, & dies abundantes duo. Anno verò decimo, in decimum Hecatombæonis solstitium circumagitur: & proximo in vigesimum primum, qui factus intercalaris ultimus quidem primi undenarii, in secundum Hecatombæonis solstitium restituit, nullum superfluum relinquens: sed adhuc die uno indigens. Ipse igitur primus undenarius, & particularis periodus, & imperfecta, incipiens quidem à novilunio Hecatombæonis, die verò secundo ejusdem finiens, per septem scilicet annos naturales, opitulante intercalarium annorum quaternione. Secundus præterea undenarius similiter in diem tertium Hecatombæonis solstitium rejicit. at tertio loco octonarius positus pariter decursus, perficit illam universæ perfectæque periodi plenam instaurationem, solstitium in Neomeniam Hecatombæonis restituens. Et sic semper circumacta solstitia cum mensibus congruent; additis etiam particulis excurrentibus quàm commodissimè addi posse videbuntur. Porrò considerandæ hæc sunt etiam in expositæ descriptáque tabella, si cui id curæ est. Quòd si cui placet secundùm Plethonem distribuere, & numerare, nihil illum impediat, quo minùs & ordine utatur, & nominum ratione antè explicata. Atque etiam Plethon hac denominatione usus esset, cùm de mensibus scriberet, si rectè ab alio mutuari hanc mutuam mensium seriem potuisset. Neque enim ipsi suas ferias, dierúmque enumerationem labefactasset Atticorum mensium nomenclatura: ut interim taceam, quantum dignitatis & splendoris attulisset, librum ipsum scripturámque abundè exornans. Nunc verò ille absurdam nobis Romanorum mensium enuntiationem refugiens, nec Januarium, nec Februarium, nec reliquos nominat: déque Græcorum mensium ordine dubitabundus, & laboris investigandi fugitans, ad numeri facilitatem divertitur.

συμπληρώσις ἡ ὅλου π καὶ αὐτοτελὴ φέροσα βάσιν· μᾶλ δὲ ἡ ἔφοδος κἀπὶ τούτων ἡ τελεία. συμβαίνει ἢ φερομένου μηδὲν τῷ πλουτείῳ ἔτ. αὖθ' ὅπερ ἐλλείπει ὡς ὅλη ἡ πρώτης ἐνδεκάδος, ἢ ἡ δευτέρας, ἢ ἰσάζει ὡς ὅλη ἡ ἐξῆς γε ὀκτάδος. δι ὅπερ ἀναγκη τῷ μὴ τὸ ἔχειν δύο ἔτη ἐπιμένειν τὰς φερομένας. δεῖ μὲν πι καί πινος ἑπτὰς παρωδίκης, ἀφ' τὸ ὑπερέχοντα μέρεα, εἴ γε ἡμέρας ἐλλείπῃ μιᾶς πε ἀφ' πεμπτεκάδος. ἀναπληρωτέον ἢ κῆ μέρος ὧδε.

Ποσειδεῶνος Ἑκατομβαιῶνος νομιμοία ἡ τροπὴ εἶναι, τῷ πρώτῳ ἔτ. σκοπῶ τῷ δεύτερα, δευτέρα ὑπὶ δέκα. τότῳ δ' ἐπεχθέντος ἡ ἐμβολίμου, αὐτὸ τε συμπληρώσαν, καὶ ἡ τροπὴ ἐγδόη ἡ ἐμβολίμου Φθίνοντος ὑπάρχει τῷ ὑπόνῃ, καὶ φερομένῃ ὀκτώ. δεῖ ἢ ἑνδεκα. σκοπῶ εἰς πεμπτὸν ἰσημοῖν ἡ Ἑκατομβαιῶνος ἐπεκτὴ τῷ ἐξῆς ἡ τροπή· εἶτα εἰς πέμπτην ὑπὶ δέκα τῷ ἐχομένῳ περσεσι. τῶν δ' αὖ ἐμβολάζοι εἰς πέμπτην ἡ ἐμβολίμος Φθίνοντος καθίσηται ἡ τροπὴ τῷ ὑπόνῃ, καὶ φερομένῃ πέντε· ὡς τε τὸ ἐφεξῆς δὴ, ἑβδόμῃ ἰσημοῖν ἡ Ἑκατομβαιῶνος τροπάσει. καὶ ὀγδόη ὑπὶ δέκα τὸ μετ' αὐτό. τότε ἢ πάλιν ἐμβολάζοντος, ἡ τροπὴ δευτέρα ἡ ἐμβολίμου Φθίνοντος ἴσα τῷ ὑπόνῃ, καὶ φερομένῃ δύο. τῷ ἄρᾳ ἐξῆς εἰς δεκάτην ἡ Ἑκατομβαιῶνος φθίσαται ἡ τροπή· καὶ τῷ ὑπὶ τότῳ εἰς δεκάτην δὴ Φθίνοντος. τετὶ δ' ἐμβολάζοι τελευτῶν τῆς πρώτης ἑνδεκάδος, εἰς δευτέραν ἰσημοῖν ἡ Ἑκατομβαιῶνος ἀποκαθίσηση ἡ τροπὴ, φερομένῃ μᾶλ μηδεμίαν ὑπολείπων, μιᾶς δι ἐπ δέον. αὖτη μᾶλ οὖν πρώτη ἑνδεκάς, καὶ φέλοδος ἐν μέρῃ καὶ ἀπλῆς, ἐχουμένη μᾶλ ἀπὸ νομιμοίας ἡ Ἑκατομβαιῶνος, πλουτοῦσα ἢ εἰς δευτέραν ἰσαμένη, δι ἑπτάδος ἡμερῶν δηλαδὴ βουλομένης πετρέδος ἐμβολιμαίων ἐτῶν. δευτέρα ἢ ὁμοία εἰς τρίτην ἰσαμένη ἀποκαθίσηση ἡ τροπὴ. τρίτην δ' ἔχουσα πάξιν ὀκτὼ, ὁμοίως ἐφοδευομένη, πληροῖ ἡ τὰς ὅλας, καὶ αὐτοτελὲς φέλοδος ἀποκαθίσασα, εἰς νομιμοίαν ἀποκαθίσησι ἡ Ἑκατομβαιῶνος. καὶ ἀεὶ ἔτως φελοίμοια αἱ τροπαὶ, ὁμολόγως τοῖς μησὶν ἔξουσι, φερσπεμένων καὶ ἡ ὑπερεχόντων μερέων, ὅπως ἂν ἀμεινον δοκῇ φερσπένα. θεωρείσθω ἢ ταῦτα κἀπὶ τῆς ἐκτεθείσης ἀφαιφόρου. ταῦτα μᾶλ ἐκ τότων θεωρείσθω, ὅτῳ ὑπιμελές. εἰ δέ τῳ φίλον καὶ κατὰ Πλήθωνα ἀριθμεῖν πι, καὶ ὀνομάζειν ἡ μιῶν τῇ ὑποδοχίσῃ. κἂν Πλήθων ἔτω διονομάζων φέλ μιῶν ἐγεφέρει, εἰ πᾳ ἄλλως λαβεῖν ἡ φερὶς ἀκόλουθος συμπαξιν ἡ μιῶν εἶχεν ὀρθῶς. εἴην γὰρ αὐτῷ ὅτε τὰς ἱερομιηνίας, ὅτε ἡ ἡμερῶν ἡ καταριθμησιν ἐλυμαίνετ' ἂν ἡ γε ἡ μιῶν ὀνομασία, ὡς Ἀθηναίοις ἦεν. ἐᾶ λέγειν, ὡς καὶ ἐσήμηνεν ἂν καμοὶ ἡ ἀπιθεμένου τὸ γεφύμενα. νυῖ δ' ὅδε τὸ μᾶλ ἄπαν ἡμῖν τῶς ἀκριφείας ἡ Ῥωμαϊκῶν ὀνομάτων φόγων, Γαναύελον, καὶ Φεβρυάριον, καὶ τὰ ποιαῦτα τὸν ὀνομάζῃ. ὀπορῶν ἢ ἡ συπαξιν ἡ Ἑλληνικῶν, ἢ τὸ φέλ ἡ ζήτησιν πυλαίπωρον διλαβέμῳ, ὅθι τὸ φερόχειρον πέπεπται ἡ ἀριθμοῦ.

De principio diei.

XX. Principium diei Athenienſis.

PRincipium verò diei (quandoquidem præſenti de menſibus ſermoni id quoque germanum eſt) Athenienſes à ſolis occaſu obſervabant, noctem diei ſequenti adſcribentes, & omne id medium tempus ad alterum occidentem unum diem conſtituentes, ut Aulus Gellius Latinus auctor non ineptus Marcum Varronem ſcriptis mandaſſe tradit. At Romani priſcis temporibus à media quidem nocte inchoabant: quos Plethon imitans idem principium facit. Nunc verò ab oriente Sole inceptant, itidémque Græci. Quamquam contrà oportebat Chriſtianos omneis facere, id obſequii ſuo Principi exhibentes. Sic enim ſolùm conſtabit illum mortuum tertio die revixiſſe, ſi vel à ſumma nocte, ut ſolebant Athenienſes: vel à media, ut Romani; principium diei ſumatur. Utrum verò potiùs, dictu non eſt facile. Nam Theologi, qui accolunt Athon montem, totis viribus contendunt, circiter noctis medium reſurrectionem factam eſſe: & ſacra illa antelucana in ejus rei memoriam à media nocte incipiunt. Quorum ratio hoc habet; quòd contigerit mulieres profundo quidem diluculo ad monumentum profectas, ut exequiarum juſta de more perageront, defunctum non inveniſſe, ut Lucas in ſuo Evangelio perſcripſit. Illud enim profundum diluculum proximum tempus mediæ nocti ſignificare exiſtimant. Simul verò ſic quoque plus aliquantò tertii diei contineatur. Iſtúdque plus

Tempus reſurrectionis Dominicæ ſecundum incolas Atho.

Περὶ ἀρχῆς τ ἡμέρας.

ΗΜέρας δ' ἀρχὴν (συγγνῶς δ τῷ φέλ μηνῶν λόγῳ καὶ τότῳ) Ἀθηναῖοι μᾶλ ἀφ' ἡλίε δυσμῶν ἦεν, ἡ νύκτα τῇ μετ' αὐτὸν ἡμέρᾳ λογιζόμενοι, καὶ τ μεταξὺ χρόνον μέχρι τ ἑτέρων δυσμῶν, μίαν τιθέμενοι ἡμέραν, ὡς Αὖλ Ῥωμαίων λόγ Μάρκον Βάρρωνα ἀναγεγράφθαι φησί. Ῥωμαῖοι ἢ οἱ μᾶλ ἀρχαῖοι ἀπὸ μέσων νυκτῶν ἤρχοντο, οἷς καὶ Πλήθων ἐπιμᾶ ἄρχειν πιαύτην πιεῖται. οἱ νυῖ ἢ ἀφ' ἡλίε ἀνίσχοντος ἄγουσι. βασιλεύς ἢ καὶ οἱ νυῖ Ἕλληνες. καί τι τοὐναντίον ἐχέλευ σύμπαντας τούς γε ἀπὸ Χελσέα πιεῖσθαι, χαιρζομένους τῇ ἀρχηγέτῃ. ὅτω δὲ μόνον ἔσαι τελετῶν ἀναδιῶναι αὐτὸν πυνθῶται, ἐὰν ἡ τ ἡμέρας ἀρχὴ λαμβάνηται ἡ τι ἀπ' ἄκρας νυκτός, ὡς Ἀθηναίοις ἦεν· ἢ ἀπὸ μέσης, οἷς Ῥωμαίοις. πότερον ἢ, ἐ ῥᾴδιον ἀποφήνασθαι. οἱ μᾶλ δὲ φέλ τ Ἄθων θεολόγοι, κατὰ μέσην ἄκρελεῶς νύκτα ῥηθέντ ἡ ἀναστάσιν ἐξηγοῦνται, καὶ τ ἀναστάσιμον ἄρχοντα ὄρθρου βαθέος ἀπὸ μέσων νυκτῶν. λόγ δ' αὐτῶν, ὅτι τὸν εἰς τὸ μνῆμα ἀφικομένας γυναῖκας ἐπιμεῖναι τὸ νενομισμένα, ὄρθρε μᾶλ ἔτι βαθέος ἀναχώσαι, μὴ εὑρηκέναι ἢ τ νεκρὸν, οἱ φέλ Λουκᾶν τ Εὐαγγελιστὴν γεγράφασιν ἱστοροῦντες. τὸ δὲ ὄρθρε βαθὺ, τὸ ἐγγὺς πε τ μέσης νυκτὸς μηνύειν ὑπολαμβάνουσιν. ἅμα ἢ καὶ π πλέον ὑπιλαμβάνοιτ' ἂν ὅτω τ τελέτης ἡμέρας. τὸ ἢ πλέον,

signum evidentius est ipsius diei ternionis. Sed ex Italis Romani post mediam noctem id fuisse aiunt: & profundum illud sic intelligunt, ut à noctis medio sufficienter dirimant. Cùm ergo nullus Evangelii scriptor doceat, qua parte noctis Christus surrexerit: tutius quidem videtur, si quis constituat à summa nocte diei principium. Nam quod mediam noctem subsequitur, accedit illi pro auctario. Quibus verò in hoc solùm ratio sita est: non major est fiducia quod volunt assequendi, quàm periculum ab eo aberrandi. Hos enim viceversa hoc inconveniens sequetur, dum primam noctem diei principium ponunt; quòd cùm permissum sit carnibus vesci postridie, id quidem licebit à summa præcedente nocte: contrà verò cùm sit vetitum eadem die cœnam de carnibus sumere, non concedetur eadem nocte. Hæc igitur de re meliùs, diligentiúsque denuò est considerandum: commodúmque fuerit harum rerum peritos rogare & consulere. Hæc namque ita considerari observarique oportet, ut ex sermone nihil quicquam sacris contrarium eveniat: diémque piè ac sanctè in Dei gratiam auspicemur.

Unde numeranda sunt tempora.

XXI. Temporum ſupputatio priſcorum Romanorum & Athenienſium. Olympias.

ENimverò etiam fas est à natali Christiano tempora supputare, non ut Græci à mundi origine, nunc annum noningentesimum, octavum & septuagesimum numerantes supra sexies millesimum. Prophetis quidem sic fortasse licebat: verùm melius est Christi cultores ab illo incipere. Quod etiam agunt Romani, hujus ævi millesimum quadringentesimum & septuagesimum præsentem annum computantes. quamquam priscis illi ab urbe condita numerabant: quemadmodum Athenienses à prima Olympiade: alii verò à bello Trojano.

De mensibus igitur hæc descripta suntò, ad emerendam antiquariorum disertorúmque virorum hoc obsequiolo gratiam: si quid fortasse spei est Græcam linguam, ejúsque studium adusque posteritatem fore: non autem, ut aliarum quondam gentium, Græci quoque nunc totius & generis, & sermonis finem esse in fatis est.

Μάρτυρες τῷ λόγῳ.

Testes in hoc libro citati.

Βασίλει.	*Basilius.*
Πλήθων.	*Plethon.*
Αὖλ Ῥωμαῖ.	*Aulus Romanus.*
Ἀριστοτέλης.	*Aristoteles.*
Γαλήνος.	*Galenus.*
Μακρόβι Ῥωμαῖ.	*Macrobius Romanus.*
Θεόφρασ.	*Theophraſtus.*
Δημοσθένης.	*Demoſthenes.*
Πλίνι Ῥωμαῖ.	*Plinius Romanus.*
Στράβων.	*Strabo.*
Αἰσχίνης.	*Æſchines.*
Ἀριστοφάνης.	*Ariſtophanes.*
Πλούταρχ.	*Plutarchus.*
Θουκυδίδης.	*Thucydides.*
Πολυδ δίκης.	*Pollux.*
Σιμπλίκι.	*Simplicius.*
Ἡρόδοτ.	*Herodotus.*
Σουίδας.	*Suidas.*
Συνέσι.	*Syneſius.*
Καῖσαρ ὁ θεός.	*Divus Cæſar.*